

erit;

29. nostro tamen tanto magis idem est, quo & signato pariter & signis convenit.

QUÆSTIONES

1. *An infantes sint baptizandi?* A. Nec enim restringenda est obsignatio regenerationis, & materia atque excitatio gratiarum actionis, consolationis, ac dilectionis, in parentibus & aliis infantium proximis; magis quàm in Testamento veteri: nisi hæc restrictio evidentissimè probetur.
2. *An baptizati ab hæreticis sint rebaptizandi?* N. Ubi enim substantia verbi salvifici & sacramentorum manet: ibi manet etiam unitas ecclesiæ & fidei; quod ad illa membra, quæ per malitiam & pertinaciam non communicant hæresi. Adeo ut ex hæreticis filii Dei nasci possint, in ecclesiâ quod ad doctores & plerosque auditores hæreticâ: sicut ex impiis pii, in ecclesiâ,
- siâ,